

XXXI. Corcollo.

Hic locus situs inter Tibur et Gabios potest fuisse comprehensus territorio Tiburtinorum, sed in re incerta magis placuit titulos ibi repertos proponere separatos a Tiburtinis. Chaupy coniectura, fuisse ibi op-

pidum Querquetulanorum, quos memorant Dionysius 5, 61 et Plinius 3, 69, non nititur nisi nominis similitudine.

3900—3902 secundo inde [nempe a loco ubi descripta est inscriptio supra relata n. 2822] miliari, Tibur versus, in ruinis sepulchri ut videtur demoliti MET. *Per la via che divertisce dalla Gabinia et va verso la villa di Adriano fu cavato un sepolchro antico nel quale furono trovate tre statue di marmo, una di donna et due di huomini, nelle basi delli quali erano queste inscrittioni . . . le quali cose sono state poi portate in una villa quindi vicina chiamato Corcollo, che è del signore di Preneste* LIG. (Neap.). A Corcollo, inter Gabios et Tiburtinos, sub Tibure, in sepulchro quodam demolito SMET. (ap. Waelsc.). Duodecimo ab urbe miliari, in agro Tiburtino, bases statuarum tres in ruinis sepulchri demoliti et solo aequati SMET. (cod. Neap.). Romae in vinea card. Carpensis bases marmoreae tres, illuc e vico Corocollo appellato, inter Gabios Tiburtinosque, anno 1549 advectae, e sepulchro magnifico, sed iam demolito SMET. (ed.). — Et n. 3902 vere extitit Romae in vinea card. Carpensis, qua de re cf. ad ipsam; n. 3900 autem et n. 3904 non solum praeter Smetium nemo testatur se vidisse in vinea Carpensi, sed n. 3904 constat ex Corcollo venisse Praeneste, n. 3900 autem videtur esse Romam translata non aetate Smetii, sed multo post, cum Corcollo cum ipsa Praeneste iam esset Barberinorum (i. e. post annum 1630, cf. supra p. 292), destinata ut puto thesauris antiquitatum Barberinianis; nam inde crediderim factum esse quod mutila iam facta legitur in COD. BARB. 30, 92, licet sine loci indicatione; postea pars eius apud Vescovalium descripta est ab AMATIO, nunc eadem extat in repositis musei Lateranensis. — In Cesarano, dove erano li bagni di Cesare Imp(erato)re OTTOB. de n. 3900; (Caesonios) suos esse cives Tiburtini ex marmorea Caesoniorum mole, quae tertio ab Tibure lapide cis Anienem suo in agro Cesarano extat, contendere non desinunt NICOD. — Locum non indicat BORGH.

3900

C · CAESONIO · C · F · QVIR · MACRO · RVFINIANO
 CONSVLARI · SODALI · AVGVSTALI · COMITI · IMP ·
 SEVERI · ALEXANDRI · AVG · CVR · R · P · LANVINOR · II
 PROCOS · PROV · AFRICAE · CVR · AQVAR · ET · MINIC ·
 5 LEG · AVG · PR · PR · GERMAN · SVPERIORIS · CVR · ALVEI
 TIBERIS · CVR · R · P · TEANENS · LEG · AVG · PR · PR · PROV ·
 LVSITAN · CVR · R · P · TARRACINENS · PROCOS · PROV ·
 ACHAIAE · LEG · LEG · VII · CLAVD · CVR · R · P · ASCVLAN
 LEG · PROV · ASIAE · PR · LEG · PROV · BAETIC · TRIB · PL
 10 QVAESTORI · PROV · NARBON · TRIB · LEG · I · ADIVTRIC ·
 DONATO · DONIS · MILITARIB · A · DIVO · MARCO ·
 III · VIR · CAPITALI
 PATRI · DVLCISSIMO · ET · INCOMPARABILI
 CAESONIVS · LVCILLVS · FILIVS
 15 CONSVLARIS

Descripsit Henzen, vidi ipse, partem superstitem, id est principia vv. 1—12. Integram videntur descripsisse Metellus Vat. 6038 f. 31, a cuius exemplo videtur pendere etiam schedula Panviniana cod. Vat. 6035 f. 66; Ligorius cod. Viscontii f. 14, Neap. lib. 35 p. 214, Taur. vol. 20 f. 79 et vol. 26 f. 138'; auctor ignotus Borghinii ms. p. 139; denique fortasse is a quo pendet cod. Ottobonianus 2970 f. 21', licet scriptor codicis Ottobonianus exemplum passim corruperit. Non descripsit Smetius, qui in cod. Neap. p. 147 (ut fecit constanter in hoc codice) nullum auctorem laudat, in excerptis Waelscaplianis f. 177' citat Ligorium, licet in ed. 67, 6 dicat se vidisse, quod falsum esse evincitur ipsa loci indicatione. Ex Smetianis habuit Manutius orth. 26, 10 (inde, auctore non laudato, Carrio antiquarum lectionum comm. p. 123; Nicodemus p. 109 lib. 4 cap. 10; ex hoc rursus Marzi II p. 237), item ut puto (fortasse per Pighium) Lipsius ms. f. 14; ex Smetii ed. Grut. 381, 1 et Marini Arv. p. 793. In finibus versuum mutilam exhibet manus ignota in cod. Barb. XXX, 92 f. 43. Id quod hodie extat habet Amati ms. Vat. 9745 f. 37. Picta visitur Tibure in aedibus olim Boschi in scalis.

Partis deperditae adscripsi varias lectiones potiores. — 3 LANVINOR Met. Lig. (Visc.) Smet., LANVINOR Lig. (Neap.) (Ottobonianus v. 3 partem secundam et v. 4 partem priorem omisit.) — 7 TARRACINENS Metellus et codex Ottob., TARRACINENS Ligorius (Visc.) Smetius cod. Barb. 30, 92, TARRACINENS Ligorius (Neap.) — 13 INCOMPARABILI Metell. Lig. Ottob., INCOMPARABILI Smet. — 12 supra I vocabuli VIR apicem exhibent Metellus, Smetius ms. et apud Waelsc., Ligorius, cod. Barb. 30, 92, quem tamen neque ego neque Henzenus observavimus. — 15 CONSVLARI Ottob.

Homo praeterea ignotus. — Titulum scriptum esse vivo Severo Alexandro ex vv. 2. 3 colligi posse videtur.

3901 reperta una cum n. 3900, ubi vide, paullo post annum 1630 ut videtur (cf. supra p. 293 not. 1) advecta est Praeneste in hortos Barberinorum. Praeneste nel casino del principe ANONYMVS (Vat. 9140); Praeneste nel giardino baronale CECC. PETR. MAR. (p. 794); item inter inscriptiones ibi extantes recenset NIBBY anal. 2 p. 496. Nunc ibi non extat.

MANILIAE LVCILLAE C F
 MATRI · PISSIMAE · ET
 INCOMPARABILI
 CAESONIVS · LVCILLVS
 5 V · C · FILIVS

Loco antiquo descripserunt Metellus Vat. 6038 f. 31', a cuius exemplo videtur pendere etiam schedula Panviniana cod. Vat. 6036 f. 111; auctor ignotus Borghinii ms. p. 139; Ligorius cod. Visc. f. 14, Taur. 20 f. 80, a quo puto accepisse Smetium, qui exhibet ms. Neap. p. 147, in excerptis Waelscaplianis f. 177, ubi citat Ligorium, ed. f. 67, 7, ubi dicit se vidisse, cui testimonio errorem subesse indicat falsa loci indicatio (ex Smetio ed. Grut. 381, 2). Praeneste descripserunt Anonymus apud Suaresium Vat. 9140 f. 247 (inde Suaresius Praen. ant. p. 92; ex hoc Vulpi Lat. 9 p. 192); Cecconi *Palestrina* p. 85; Petrini p. 364, 34; Marini, qui vidit, Arv. p. 793 cf. p. 794.

1 C·F om. Met. Panv. — 2 PISSIMAE Cecc. Petr. Mar. (hic addens sic). — In fine haec addit Suaresius: VIX·ANN·LXVI·M | VII·D·VIII·HOR | VIII | H·S·E; 'lo che però non poteva esservi come dimostra la cornice che circonda la lapide' Cecconi.